

traditur. Ea de causa etiam Cupido armatur sagittis di- Cupido fa-
sparibus, videlicet acutis & obtusis, auratis & plumbeis. gittis dispa-
Nam (ut inquit Horatius) ribus ar-
matur.

Sic visum Veneri, cui placet impares
Formas atque animos sub juga alienae
Sævo mittere cum joco.

Apollo fingitur inventor Medicinae propter vim Solis, Apollo cur
qua herba vegetantur, quarum in medicina usus est ma- medicinæ
ximus ad salubritatem corporum humanorum. Fingitur & musices
& inventor Musices, ad commendandam dignitatem artis. inventor.
nam veteres, ut significarent musicam divinitus inventam
esse, non homini sed Deo inventionem eius adscribendam
existimarunt. Hinc igitur Apollo se ita iactat:

Per me concordant carmina nervis. Item,
Inventum medicina, &c.

-- Daphne Peneia, &c.

Daphne laurum significat, ac fingitur tum filia Penei
fluminis, eo quod ripæ eius abundant lauro, tum amata
ab Apolline, quia hæc arbor præbet medicinæ magnum
usum, estque spectatissima (ist scribit Plinius) apud Del. Præmium
phos, ubi Apollo colebatur. Ipsius vero Daphnes in arbo- castitatis:
rem semper virentem mutatio docet, immortalem gloriam Laurus &
esse paratam virginibus pudicitiam conservantibus. Quercus
Postibus Augustis, &c. cur ante

Rome ante Imperatorum ædes erat posita quercus inter Imperato-
dias lauros, atque significabat, salutem Reipublicæ tuen- rum ædes
dam esse virtute & felicitate Imperatorum. Laurus vero positæ.
erat signum victoriae ac triumphi; quercus vero erat
signum conservati cives: unde confecto bello, & Impe-
ratores, qui insignem victoriam efferent consecuti, in ap-
tolium cum laurea invocabantur, & qui civem ab hoste
conservassæt, querna corona donabatur.

FAB. X. XI. XII. ET XIII. EST
NEMVS &c.

De Io in vaccam, Syringe in fistulam, & Argo
in caudam pavonis mutato.

B

Aegy-